



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus XXV. De Dominica III. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadam III.  
post Octav. Paschæ occurrentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

## TITULUS XXV.

### De Dominica III. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadam III. post Octav. Paschæ occurrentibus.

**D**OMINICÂ III. post Pascha, & Ferijs infra Hebdom. illam occurrentibus sunt omnia eò modò, quò Dominicâ, ac Hebdomadâ proximè præcedente, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*. Quòd si ob *Festum Duplex*, hâc Dominicâ occurrens, habentque proprias *Lectiones*, *Initium Libri Apocalypseos* [ alioqui hâc Dominicâ ponendum ] in ea poni non possit, ponendum est proximo die, seu feriali, seu festivo, similiter non impeditò. Si tamen *Festum S. Joannis* ante *Portam Latinam* incidat in hanc Dominicam, aut Hebdomadem, leguntur in eo in *I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente* [ hoc est de *Libro Apocalypseos* ] non autem de ejus *Epistolâ prima*, ut alioquin in propria illius *Festi Rubrica* præscribitur. Porro si *Responsoria I. Nocturni* hujus Dominicæ, in qua primò ponuntur, propter *Festum Duplex* in ea occurrens in ipsâ Dominicâ poni non possint, ponenda sunt prima die, in qua infra Hebdomadem occurrit fieri de *Feria*, & tunc omittenda alia, quæ forte in il-

la *Feria* propria habentur : Quòd si tota Hebdomade nunquam fiat de *Feria*, *Responsoria* illa Dominicæ pro eò annò penitus sunt omittenda : quia tunc nec sequente Dominicâ *IV. post Pascha* [ ob occurrentia alia *Responsoria* primò ponenda ] poni ea possunt. Vid. super. dicta.

*Dominicâ III. post Pascha* ante 12. circiter annos in quibusdam *Calendarijs Germaniæ* ponebatur *Festum S. Raphaëlis Archang.* tanquam *Titulo* ampliore, quàm *Diecepsano* celebrandum : Verùm ab alijs, & ab his ipsis deinceps est omissum; quòd non constet, quando, & à quo concessum sit pro tota *Germania*, aut *Terris Augustissimo Imperatori* subiectis : Unde neque hac die, neque die 24. *Octob.* [ pro qua *Hispan.* juxta *Appendices* quorundam *Breviarior.* est concessum ] in *Terris alijs Austriacis* hucusque celebratur. Fuerunt quidem a. 1698. *Typ. vulgatæ* quædam *Schedæ*, in quibus unâ cum *Offic. de Clav. & Lancea Christi* impressum quoque cernebatur *Officium* de *S. Raphaële*, tanquam pro tota *Germania* concessum; at quia com-

per-

perum subinde est, Schedas illas non esse satis Authenticas, [cujusmodi etiam circa aliorum Sanctorum Officia, nominatim S. Conradi Placentini, ut P. 2. 19. Febr. anno, vulgaræ non semel fuerunt] ideo abstinendum erit à Recitatione illius Officij ijs in locis, pro quibus legitimè non constat esse concessum à Sac. Rit. Congr. ipsaque Sede Apostolica. Quòd si particulari alicui, Eccl. alterive Communitati, aut etiam Regno ponatur Specialiter concessum, non tamen propterea etiam alij illud recitantes censeri possunt satisfacere Præcepto de recitandis

Hor. Canon, quandoquidem S. R. C. [ut constat ex ejus Decretorum Registro, Calendario Brev. ac Missal. Rom. præfixo] declaravit, citra suam, aut Sedis Apostol. Licentiam non posse extendi *de Loco ad Locum officia alicubi concessa*. Post hæc jam jam typum subitura, accipio Litteras, quibus mihi significatur, rescriptum esse Româ ad quemdam Directorij cujusdam in Provincia Austriæ Concinnatorem, nihil Romæ sciri de Indulto Apostolico Provincie illi concessio pro celebrando supra dicto Festo S. Raphaelis.

## TITULUS XXVI.

De Dominica IV. post Pascha, & Ferijs infra Hebdomadam IV. post Octav. Paschæ occurrentibus.

**H**ÆC quoque DOMINICA cum sua Hebdomade, quoad Modum dicendi in ijs Officium & Missam, nil habet diversum à modo eadem dicendi superius Dominicâ I. & II. post Pascha declaratò. Quòd si Lectiones I. Nocturni hujus Dominicæ lectæ sint pridie [ob occurrens scilicet Sabbato præcedente Festum SS. Apostolor. Philippi & Jacobi] tunc in I. Nocturno hodierni Officij non sunt repetendæ hesternæ Lectiones,

seu *Initium Epistolæ Catholice S. Jacobi Apost.* sed legi tunc hodie debent Lectiones Feriæ secundæ subsequen-  
tis, juxta Propr. huic Dominicæ Rubricam. Quòd si ob *Festum Duplex* habens proprias alias Lectiones, in hac Dominicâ occurrens, *Initium Epistolæ S. Jacobi*, nondum lectum, in ea poni non possit, ponendum illud est proximo die infra Hebdomadem [seu feriali, seu festivo] similiter non impedirò. Pari modo si Responsoria I. Nocturni hujus Do-  
mi-